Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Septentrionalia signa possidet. Si uero meridionalia signa occupat sol, inuenit tempus seminocturnum, quod duplatur & à 24 horis auferat, remanebitq; semidiurnum tempus, cuius medietas ostendet dimidiae diei quantitatem, ut exempli causa 27 die Iulii hora sexta matutina obtinuit sol 13 gradus & 16 minutum Leonis. Ingredior ergo cum gradib. solis tabulam quantitatis diei q̃ est in Ephemeridib. fol: 50. & qro sub eleuationi poli istius loci ad quem erigo figuram horam & minuta respondentia gradib. istius signi in quo sol uersatur. Inuenit aut gradus solis & ipsum signum in exterioribus columnis uersus dexteram uel sinistram tabulae adhaerentib. Et cum gradus no semp inuenit exacte, sumo numerum propiorem. At hic in nostro exemplo. 13 gradus no habetur sub Leone, sumo ergo 12 gradum Leonis, cui in columna mra eleuationis q̃ est graduum 52 (in angulo communi, ubi s. fit concursus linea columnaris, & linea transuersalis quae 12 gradui subiacet) respondent 8 horae, 11 minuta Temporis uz semidiurnum. qa sol in septentrionali signo uersatur. Adiciatur ergo 6 horis 30 minutis post occasum solis numeratis tempus semidiurnum s. 8 horae & 11 min. quemit 14 horae 41 minuta q̃ est tempus reditus & Astronomicum.

Ann.	die Iul.	hor.	mi.
1553	27	14	41

Si uero sol esset in signo meridionali, tunc alia operaret operatione, ut exempli gra: Sit sol in 13 gradu Sagittarii cui respondet in tabula 8 horae. 7 minuta